Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25874
Copyright: Admont, Benediktinerstift

35

lectionis diximus. iericho typum sc̄e scriptu
re. ul' superne ierusalem. uel presentis ecclesie.
uel huius mundi habere. Uideamus q̄d agat̄
in fine. Iuuenes urbem & omnia que in ea s̄t
inuenta succendunt. quia utriusq; testamen
ti predicatores. uel potius ipsi conditores sc̄i
p̄phete & apostoli. p̄sentem mundum & om
nia que in eo sunt. in die iudicii. eterne ge
henne incendio. cum xp̄o sedentes in iudicio
addicunt. Omne enim q̄d in mundo est. con
cupiscentia carnis est. & concupiscentia ocu
lorum. & superbia uite. Argentum & aurum.
& uasa enea. ac ferrum. in erarium dn̄i con
secrant. quia puritatem uite. nitorem uere
sapientie. dulcem sonum continentie. robur
perseuerantie. celestis regis sanctuario sua
sententia dedicant. Raab meretricem iosue
facit uiuere. quia xp̄c ecclām gentium. tri
buit eterne uite municipium capere. Do
mum patris eius facit uiuere. dum popu
lum gentium. fidei & dilectionis merito
prestat eternaliter gaudere. Omnia que
habet facit uiuere. dum omnes in unitate
ecclesie fide & dilectione p̄sistentes. secum
in celestibus concedit regnare. In medio
israhel habitant. quia inter choros angelorum.
electi de terris translati perenniter regnant.
Usq; in presentem diem. usq; in illum eter
nitatis diem. qui nescit finem. quē semp
p̄ oculis conuenit habere presentem. Eo
quod nuntios absconderit. eo quod pre
dicatores uerbi receperit. quos miserat.
cum utrumq; testamentum constitue
rat. Ut IERICHO explorarent. ut
sanctam scripturam explanarent. ut
supernam IERUSALEM inuestiga
rent. ut presentem ecclām instruerent.
denique ut mundum subuerterent;

IN SEQUITUR;
IN TEMPORE illo. imprecatus est
IOSUE dicens. Maledictus uir coram
domino. qui suscitauerit & edificauerit ciui
tatem iericho. In primogenito suo fundamen
ta illius iaciat. & in nouissimo liberorum ponat
portas eius. Fuit ergo dominus cum iosue.
& nomen eius in omni terra uulgatum est.
IN TEMPORE illo. quo uenit plenitudo.
iosue est imprecatus. quia dei filius. pro
nobis maledictum est factus. Maledictus
inquit uir coram dn̄o. qui suscitauerit & edifi
cauerit ciuitatem iericho. Uir ille quem femi
na suo circumdat utero. maledictus sit coram
dn̄o. factus maledictum coram dn̄o. p̄ genere
humano in crucis patibulo. Scriptum est enim.
in deutronomio. Maledictus omnis
qui pendet in ligno. Qui susci [illegible]
tauerit & edificauerit ciuita [illegible] plorare
tem iericho. Iericho que lunā [illegible] numerus. de [illegible] sonat.
p̄sentem ecclesiam designat. que instar lune
huius uite mutabilitatem, [tolerat] quam uir ille susci
tat & edificat. qui p̄ ea pendens in cruce. suo
sanguine eam iniciat. & quasi costam de p̄
prio latere in cruce obdormiens edificat. In
primogenito suo fundamenta illius iacit.
quia in priore testamento. fundamenta eccle
sie in patriarchis & p̄phetis constituit. In
nouissimo liberorum portas eius ponit. quia in
nouo testamento. quod est [nouissimū] nutrimentum suorum
filiorū. sanctos apostolos totius orbis predica
tores erigit. p̄ quos fidei predicatio mundum
intrauit. Dominus ergo cum IOSUE fuit.
quia deus pater mysterium redemptionis
filii sui. p̄ sp̄c sc̄i grām disposuit. Nomen eius
in omni t̄ra uulgatur. cū a solis ortu usq; ad
occasum xp̄i redemptoris nomen glorio
sum predicatur. SEQUITUR.

·II·